RATIONE CAUSARUM. Si sanguis biliosus malo præbuit ortum, calor percipitur major, major adest siccitas, major respirationis angustia, cum minori gravitate. Expiratus aer multo calidior, febrisq; ardentissima cum pulsu creberrimo, ex Gal. de puls. ad Tyron. c. u. etas item, regio, anni tempus & vicus precedens bili attestantur. Si à Pituita producatur, sputum erit albidiū & spumosum, febris, thoracis incendium, siccitas, & lingua siccitas minor: respirationis etiam difficultas minor cum minore gravitate, atq; sic comatosus quasi aderit affectus, reliquaq; symptomata prioribus maxime contraria. Si Sangvis purus in causa fuerit, facie rubor apertior, ut & yenarum temporum evidenter elevatio cum toto corporis gravitate a tensione. Quod si vero ex Melancholico sanguine ortum, duxerit, apparebit lingua à principio nigredo cum insigni siccitate & asperitate: aderunt quoq; tristitia & magna inter respirandum suspiria. Præter has etiam aliæ, quæ supra recentimus, causæ videri possunt, facileq; ex notis earum judicium ferri. An suppressa aliqua evacuatio vel lochia retenta, mali causa sint, neminem, si omnia restè noraverit, latere potest. Quæ item purgationes in puerperio retentas sequuntur symptomata, videre est apud Hipp. de morb. mulier. libr. 1.

PROGNOSIS affectus eventi concernit: Ratione GENESIS itaq; si pessiculetur, omnis Peripeumonia morbus est acutissimus, & oppidò perniciösus, qui Celsus auctore l. 4. c. 7. plus periculi quam laboris habet, paucisq; eo correpti evadunt. Et quamvis Pleuritis pessimi alias moris sit, valdeq; nociva, tamen hæc malignitate & severità illam multis parasangis antecedit. Cum enim Cordi nobilissimo viscerum admodum vicinus sit Pulmo, materiaq; juxta ipsum congesta & acervata ob ignei motus

motus velocitatem promptissimè irruat, ac facile commeez.,
periculum est, ne illa calesacta ingens oboriatur incendium,
ut *f. de loc. 2.* Galenus edocuit. Non tamen ita subaudiend.
est ejus malitia, quasi nullus hominum ipsius furorem evita-
re, atq; ab illa liberari possit, cum non pauci Medicorum
operâ hanc cladem effugerint. Habemus nobis adstipulato-
rem summum Artis Dictatorem *Hipp. l.3. de morb.* qui ubi uni-
versa morbi signa tam bona, quam mala proposuit, adhorta-
tur Medicum, ut cuncta & singula recte perpendat: Quod si
omnia ferè mala compierat, ne curationem temere aggredia-
tur, sive verò pauca mala fuerint, ne decipiatur abstinentia re-
mediorum administratione, morbi conditione perterritus.
Tum enim non perniciosa est *Peripneumonia*, sed mollis.

RATIONE SUBJECTI, majus periculum vertitur, si par-
tem sinistram, quam dextram phlegmone obsideat, quippe
quæ cordi vicinior, ad quam arteria aorta à corde proreptans
accedit. Si verò ad eò intendatur inflammatio, ut bronchia
& arterias occupet profundiores, cavitatesq; omnes obstruan-
tur, tunc subsecuta vehementi accensione, obortaq; maxima
spirandi difficultate, subito æger veluti motu Tonico actus
occumbeat.

RATIONE CAUSARUM. Inflammatio à bilioso sanguine
in Pulmone genita summæ est desperationis, nec facile ex-
gram in pristinum statum redire permittit. Ex bile enim
acutior est, celeriores motus habet, & sæviora symptomata,
qualia communiter biliosis morbis junguntur, magisq; æstuans calor, siis intolerabilis: ut periculosis semper biliosa
Pulmonia fuerit, citiusq; interimat, quod *Hipp. & Gal. passim*
suis testimoniiis confirmatum dedere. A Pulmonis inflammatio
phrenitis, malum, *Hipp. 7. aph. 12.* Quod eloquium Pe-
trus Castellus in Exercit. Med. etiam de Paraphrenite acci-
piendum vult. Nam & hac superveniens mala est, ut quæ
affectionis magnitudinem, cerebrum in consensu trahentem
denotare videatur. Phrenitica autem deliramenta cum ex bi-
liosis vaporibus ad cerebrum adscendentibus siant, biliosam
indican inflammationem, quæ tanquam pulmoni infre-

C quens

quens & improportionata, semper est deterior. Neque melioris frugi illa censemur; quæ Pleuritidem subsequitur, eodem docente Hipp. 7. aphor. u. A morbo laterali Pulmonis inflammatio, malum: tūm quia humorū & mali translatio à partibus minus momentaneis ad magis momentaneas, ut Gal. habet, prava est; tum etiam, quia Peripneumonia superveniens homini ex priore morbo fatigato & langvido, non potest non evidentissimum mortis periculum praese ferre. Malum quoq; est, juxta Senem 2. prognost. 49. gravedines & sternutamenta omnibus morbis, qui in Pulmone sunt, supervenire. Adeò fortis enim motu totum corpus in sternutatione agitatur, ut maximum impendeat Pulmonibus, praesertim, morbo affectis, periculum.

RATIONE LONGITUDINIS ET BREVITATIS inter actuos & citò judicatos morbos hic affectus ab omnibus numeratur. Peripneumonia n. paucis ob summam ejus acerbitatem diurna fuit, quæ interdum quarto die, s̄p̄ius septimo, non nunquam decimo quarto vel vigesimo homines jugulavit. Nonnunquam tamen in Chronicum desit affectum. Si enim hos terminos Peripneumonici transgressi fuerint, quod raro fit, Empyici fiunt, nisi in diebus criticis pulmo expurgetur, Hipp. 2. & 3. de morb. & in lib. de intern. affect. Quamvis enim hæc ut progn. 2. indigitatum fuit, periculosis sit Pleuritide, atq; ob ejus crudelitatem, ubi lethalis est, citius interimat; tamen quæ mitior est, longiore indiget tempore, ut integrè judiceatur. Nam ut ex iis, quæ Gal. 7. aph. 21. habet, colligi potest, in morbis Pulmonis pericolosis morituri brevi moriuntur; qui vero evadunt, non nisi longiore temporis tractu liberantur. Si lingua initio nigrescat, celeriores sunt liberationes, postea vero tardiores, Hipp. lib. de dieb. judicat.

RATIONE MODI EVENTUS. Vel salutem prefigiunt: Sereatio flava & multum permixta sanguine inter initia Peripneumonia si appearat, salutaris admodum putatur; si septimo die, tardiusve, minus secura est, Hipp. 2. prog. 50. Si pūs per Sputum vel Urinam, vel Alvum expellatur, s̄p̄es salutis omnino concipienda est: quod lazerò in Pulmones irruat, aut suffocantur cogri, aut ad tabem deducuntur.

cuntur, ut Actius tetrabil. 2. ferm. 4. c. 66. judicat. Recuperan-
dæ quoq; sanitatis spem offert, si sanguinis ē naribus proflu-
vium, aut alia perturbatio biliosis multis ac spumosis humo-
ribus exequuntibus cum signis coctionis & in die critico sequa-
tur. Quibuscumq; autem ex Peripneumonia abcessus sunt, aut ad
aures, aut ad sedes thoracis inferiores, suppuniturq; ac fistulantur
illi supersunt, Hipp. lib. coac. prænot. Quod iisdem ferè verbis
significavit, progn. 64. Cujus sententiam transferens Arabum
princeps Avicenna 10. 3. tract. 4. c. u. ita insit: Et Hippocrates
quidem dixit, quod quando iis accidunt exitur e apud mammillas,
aut ea, quæ sequuntur eas (per quæ ejus interpres pustulas in-
telligent) & aperiuntur fistulae, evadunt. Optimi tamen sunt,
qui signis coctionis in sputo apparentibus conspicuntur,
Criticæ enim expulsionis hujusmodi abcessus soboles sunt;
attestantibus Hipp. & Gal. 2. progn. aph. 64. 65. & in coac. A Peri-
pneumonia Pleuritis, bonum, siquidem ex morbo periculosio-
re ad minus periculosum sit transitus. Etsi id raro contingat,
ut Gal. insinuat 7. aph. com. u. & Avicenn. c. 10. tract. cit. Trans-
mutatio autem hæc ex eo patescit, quod respirationis angustia
facilior reddatur, punctorio superveniente dolore. Vel MOR-
TEM portendunt. Cum una salus Pleuriticorum & Peripneu-
monicorum consistat in virium robore, consentiente Galeno
3. prorrh. aph. 4. & 10. metb. med. c. 5. si symptomatum truculen-
tiā vires penitus sint protritæ atq; evictæ, desperatae prorsus sa-
litis existit. Harum enim partium inflammations non
modò his, qui imbecillis admodùm sunt viribus, sed etiam
iis, qui valentioribus, mortiferæ esse solent. Si adeò magna spi-
randi difficultas exstiterit, ut ægrotantem q. suffocatura sit,
febrisq; adfuerit vehementissima cum sputi omnimoda caren-
tia, pro perniciose morbo habetur. Arguitur enim humoris
contumacia, & materiae infirmitas, Hipp. 3. Epid. com. i. aph. 4.
Perniciosa est Pulmonia, ait Actius loc. cit. si quid per tussim spumosi-
bilios, quandog; etiam cruenti & ad flavedinem nimium acceden-
tis effervatur. Quod si prædictis hisce malis diuturnæ accedant
vigiliæ, somni leves stuporem atq; delirium inducentes præ-
sto sunt, ut æger morbi vehementiam non sentiat, extremita-

res frigant, vages lividi incurvantur, in primo quaterstilo-
ne, vel ad summum primo septenario jugulantur. Sputum
juxta venerandi Senis effatam, quandoeunq; dolorem non
tollit, malum; quod vero solvit, bonum. Quibus ex Ano-
gina in Peripneumoniam mali sit conversio, intra septem dies mo-
riuntur; si hos effugint, purulentii eradunt, Hipp. s. aphor. 10.
Ere aīm membrum actioni nobili & principi inferiens, mate-
riam hanc vitiosam diu tolerare haut valens, unice in id in-
cumbit, ut morbus citè vel ad bonum vel ad malum termina-
tur. Lethale quoq; signum judicat idem in eoac. si circa ini-
tiū urina crassā & cocta appareat, circa quartum vero atte-
nuatur. Nec notam malignitatis effugint sudores circa
cervicem & caput erupti, nisi urinæ multæ & crassæ prodie-
rat. Illi enim mali sunt ex suffocatione, imperi & violen-
tiā, ut Hipp. de rat. vīt. in acut. tradidit; Et 2. prognost. 99. cos.
quos empys factos ex Peripneumonia judicamus, si natu ma-
iores, hoc est, inter senes & canas. Suntq; medii sint, potius inter-
ire, quam natu minores designat. Cum expultrix facultas
in iis langvida sit, ut pus rejici satis nequeat, quo retento &
Pulmonem excente frustra curatio instituitur.

CURATIO Peripneumonia ob summum, quod mini-
zatur, periculum, maturanda est. Ne autem Empiricorum
more, quorum infrunnita temeritas, varium incertumque
remedium temerario conatu arripiamus, & per præcipitia vi-
ta periculorum experimenta dubia agamus: communia me-
thodi medendi instrumenta INDICATIONES sequuti, auxi-
liorum investigationem instituemus, ex quorum resplende-
scentiā Phari instar dogmatica ac vera hujus affectus periculo-
fissimi curandi ratio eluceat. Earum vero tres, quatenus mor-
bum, causas, vel faultates respiciunt, constituuntur:
CURATORIA prostrata refuscitans sanitatem, in ipsa in-
flammatione Pulmonis amoliendā occupatur, materiam
continentem, à quā ejus esse dependet, discussura, intempe-
riem correctura aut quoquo modo alteratura. Hac enim
sublatā & reliqua symptomata tolluntur, febris minuitur,
corpusq; totum pedentiam ad integrum statum deducitur.

FRA

PRÆSERVATORIA causis invigilat, omnes morbidas rati-
ces extirpando: his enim nisi obviā eatur, nova confessim
materia succrescat, malum incrementum accipiet, nec un-
quam ad optatum finem æger aliquando erit perventurus.
Quapropter humores omnes affluxuſ & affluentēs revel-
lendi sunt, & qui quidem influxere, in venis tamen partis
adhuc fluctuantēs nondum impacti sunt, derivandi; qui verò
in parte inflammatā hærent, resolvendi & averruncandi; aut
h̄ id fieri nequeat, maturandi & concoquendi, vel tussi & spu-
to, ne Pulmonem penitus corrumpan, rejiciendi atq; evacu-
andi. VITALIS de viribus instaurandis maximè est sollici-
ta, & ut illæ conserventur, per adpropriata medicamenta
confortate, cordis intemperiem calidam temperare, caputq;
& cerebrum, ne catharrhosis suis inundationibus partem affe-
ctam immergeant, corroborare præcipit. Vires enim quid
valeant, quid ferre recusent, probè secum pensaret Medicus,
cum ipse vñctus Quæc. in Tegi ab Hipp. 6. Epid. com. s. t. i. indig-
tentur, quæ viribus flaccidientibus, aduersus hostem intesti-
num expugnandum minimè possunt insurgere. Materia

PRÆSIDIORUM hauritur ex tribus consuetis fonti-
bus: Chirurgico, Pharmaceutico & Diztetico. Quoad
CHIRURGIA M, præ reliquis in ea se offert genero-
fissimum illud & omnibus tantum non morbis necessariū reme-
diū VENESECTIO, quæ an hic etiam locum habere possit,
dubium fecit Massarias Medic præst. l. 2. c. 4. qui teterimam, in
quam quis ex sanguinis missione præcipitari posset, pernicie-
considerans, fatur se nondum invenisse, in quō contra data
Galenī verbā, pulsus Peripneumonorum languidos statuentis
penitus acquiescere queat, cum perinde sit, ac si vites in Peri-
pneumonia non constare dixisset, quibus sanè deficientibus,
Phlebotomia quin maximū sit allatura periculū, extra dubi-
tationis aleam positum est. Huic sententiae favere videtur
Asclepiades, qui nunquam venam cum ægri emolumento in-
hoc affectu incidi posse arbitratus est. Verum vanos hi nobis
injiciunt metus, præmunitis magni Hipp. testimonio q. acus. a.
ab sanguinis missione in omnibus inflammationibus internis fa-

S 3

ciendam purgationis, preferendam esse ostendit. Affectus enim
hujusmodi auxilium indicantes enumerans, inter illos ponit
septi transversi tensiones & spiritus protensiones, quibus or-
thopnæa sicca pus non subit. Quâ descriptione significat,
Gal. explicante in *com. Peripneumoniam*, quamdiu est in fieri;
Nam quæ facta est, atq; à sputis purulentis genita esse demon-
stratur, jam venæ locum non invenit, sed sputi promotio
sola requiritur. Quid? quod *Galenus ipse lib. de venas adversus*
Emphysematum c.4. nullum melius aut magis præsentaneum pro
inflammationum curatione remedium esse ac sanguinis pro-
fusionem probatum dederit. Et quamvis omnes ægri debiles
quidem sint apud *Aricenn. 1.4. tract. 1.c.9.* tamen ad sanguinis
missionem non omnino modum virium robur, veluti sanorum
est, requiritur; sed tantum, quantum vena pertusa ad vacua-
tionem perferendam sufficiat. Etsi igitur Pulmonia vires ve-
hementer prosternat, attamen si hominem juvenem, sanguini-
num validumq; corripit, ut morbo infirmanti & evacuationi
dissolventi fortis obsistere valeat, venæ secundio à morbi Natura
maximè expedita omittenda non est. *Mercurialis de affect. iho-*
rac. 1.2. c.10. *Asclepiadis* rationes frivolas nulliusq; ponderis
æstimans, suam adponit mentem, ratus, nisi Pulmonia à
Pleuride oriatur, aut in eâ antè sanguinis electus fuerit, ni-
hilque obſtaculo sit, optimum esse cruentem detrahere,
si non ob aliam, saltem ob hanc causam, ut evacuatis Pulmo-
num venis refrigerentur, exindeq; leviores reddantur. Ve-
rumenimverò licet *Mercurialis* in omni *Peripneumonia*, quæ
alios morbos subsequitur, sanguinis missione ægris omnino
interdicat, ejus tamen sententiam adeo rigidè non amplecti-
mūr, ut ob Anginam aut Pleuritidem præcedentem proſrus à
venæ abstineamus. Eæ enim affectiones cum hujusmodi
auxiliū haut prohibeant, nisi quatenus virtutem labefactant,
si iisdem præcedentibus vel etiam præsentibus morbis, vires
nihilominus consistere, satisq; validas persistere observatum
sit, moderata sanguinis missio pro earum ratione non sine
causa perficietur: Ita si vires collapsa non permittant, sive
Pulmonia alio morbo succedat, sive non, ipsa prætereunda
est

est. Quenam sit ferienda vena, quæ situm est ab aliis, nec
in unam sententiam itum. Fernel. 2. meth. med. 7. aliorum ju-
dicia sequutus, solummodo internam brachii sinistram ve-
nam secundam esse sibi persuasit. Nam ab hac facta venæ.
Pulmonum inflammationem revellit, pariterq; derit at. Huic
sententiæ sese opposentes ex recentiorum fauiliâ non pauci,
dextram tantu in Pulmonia venam persorant dâ præceperunt.
Cùm enim revulsio, ob quam præcipue incipiente Peripneu-
monia sanguis extrahitur, ad cognitam fluxionis originem
fieri debeat, ut testis facundissimus est Galenus, illaq; pro hac
venditetur parte, ex quâ membrum affectum nutrimentum
fuscepit, venam etiam internam dextri cubiti (à dextrâ enim
parte Pulmoni alimentum porrigitur) pertundendam esse
contendunt. Zactus Lusitanus l.8 prax. c.4. cui additulantur
Clariß. Sennertus, Alex. Massarias, Hier. Mercurialis, medium
q; viam ingressus, phlebotomiam ex parte, in quâ inflammatio
potissimum viget exercendam iubet, ut si in latere dextro
sit gravitas, ab interna dextra, si in sinistro, ab interna sinistra,
si visceris ipsius medium sit inflatum, vel parenchyma
totum, primô à dextrâ, deinde à sinistro, si vires ferant, san-
gvis detrahatur. Quod ipsum à Galeno accepisse videntur,
qui sang. miss. 16. laborantibus Pulmone, diaphragmate, liene
aut jecore; interiorem venam eligendam svadet, summopere
tamen commendans, ut in omnibus hisce affectibus, quæ in-
rectum est, laborantium partium vena seetur. Hoc enim
modo venæsectio celebrata, tam perspicuam celeriter
utilitatem affert, ut & qui laborant, & familiares eorum sa-
pè obstupefant. Ex his itaq; autorum diversorum dissensio-
nibus ac venarum circuitionibus ut nos extricemus, placet
illorum vestigia legere, qui in primo morbi insultu ad revel-
lendos humores, quorum major pars adhuc in fluxu est, nec
Pulmonem adeo replevit, semper in latere opposito: post ubi
parti infixa atq; impacta hæret, in eodem, quo inflammatio
percipitur, venam aperiendam esse existimant. Venæsectio-
ne enim exinanitis venis sanguis non solum affluens ad vacuū
implendum introcedit, sed etiam ille, qui jam in parte affecta
hæret, succedit.

Quæ

Quantitatem sanguinis mittendi quod concernit, illara
morbis vehementia, corporis robur, natura, ætas, acrisq; exter-
ni conditio declarabunt. In principio copiosior succi hujus
nobilissimi detractio ob subitum, cui æger expositus est, peri-
culum, convenit, eoq; magis si *Peripneumonia* sanguinea de-
prehendatur, parcior, sibilia, & in pituitosa parcissima.
In aliorum humorum admixtione, & ubi viscus Pulmonum
debile existit, vires nullo modo liberaliore vividi nectaris e-
missione dejiciendæ sunt, aut mediocritatis limites transeen-
dendi, cum in hoc præcipue morbo ob maximam respiratio-
nis angustiam, ex virium collapsu non exigua immineat
calamitas. Si post basiliæ dextræ sectionem vires adhuc va-
lide supersint, ad sinistram pertusionem transire licebit, ut vult
Aerius. Quod si verò illæ satis robustæ non cognoscantur,
vel quia Pulmonia Pleuritidi Anginæ succedens ægrum à
præcedente morbo jam fractum offenderit; vel quoniam ipsa
laborans, ob nativam imbecillitatem, aut alii nndè contractam,
incipientem Pulmonis inflammationem absq; insigni pro-
stratione ferre haut potuerit; tum à phlebotomiæ iteratione
abstinendum esse maximopere svademos, nisi spiritum vite
educendo ipsum ad vitam æternam transmittere volueris.
Phlebotomiæ in corporibus infirmis ac venæsectionem non
ferentibus vicariæ sunt *CUCURBITULÆ*, brachiorum mu-
sculis adhibita, cùm ad sanguinem humoresq; serosos à Pul-
monibus avertendos, tñm eosdem ad superficiem corporis de-
ducendos; quibus si expectationi nostra nondum satisfactum
fuerit, scapulis etiam vel pectori, si id carnosum sit, affigi pos-
sunt. Et si quidem locus vicinus esse videatur, tamen à Pul-
monibus aliquatenus distat, & ab interioribus ad exteriora
trahitur. Id quod etiam Galenus admonuisse videtur lib. de
revuls. c. 3. ad finem, ubi hæc adjungit verba: *In his quoq; af-
fectionibus dum gignuntur, non quidem membris ipsis, que cepe-
rint laborare, sed iis qua laborantibus conjuncta fuerint, revulso-
nis gratia cucurbitula imponende sunt.* In quarum applica-
tione illud tamen quam maximè notari voluit *Alex. Mas-
sariæ*, ut nonnisi universali totius corporis evacuatione

præ-

præmissā, morboq; in declinatione consistente, administren-
tur. Quo errore periculoſo taxandi videntur Altimarus &
alii, qui authoritate Pauli ducti, proferre haut erubescunt
quod si quid venefectionē prohibeat, statim cucurbitulæ tho-
raci & lateribus apponendæ sint, quibus tantum sanguinis de-
trahatur, quantum vires ferant. Quocirca veluti quovis tem-
pore revulsionis ergo illæ partibus remotis, sic nullo alio
quam declinationis punto locis affectis exdem sunt admo-
vendæ. Debet autem scarificatio nunc levior, nunc profun-
dior, nunc cum, nunc sine cucurbitulis fieri, pro ratione indi-
cantum, & prout materia evacuanda superficialiter vel pro-
fundè hæret, aut plus sanguinis detrahendum est.

LIGATURE ET FRICTIONES extremorum,
quas Gal. 5. meth. c. 3. inter revulsoria præsidia numerat, hic non
omni carebunt commodo, vehementissimos scilicet humo-
rum fluxus, ne confertim in partem affectam irruant, revellen-
do & intercipiendo. HIRUDINES prout plures vel pau-
ciores venis majoribus vel minoribus applicantur, venæsectio-
nis vices in debilioribus præstant, ut jamdudum Avicen. 4. I.
c. 22. & Plin. l. 32. c. 10. profundiorem extractionem per sangvi-
figas experti fuerunt. Cavendum tamen, ne in earum ele-
ctione & usu error committratur, de quibus authores Chirur-
gici plura tradidere. Insigne quoq; levamen ægris adferunt
FONTICULI seu CAUTERIA supra futuram coronalem, ab-
rasis tamen prius capillis, imposita, præprimis cum non solùm
frigida cerebri intempories per illa emendetur, verùm cathar-
rhosæ etiam fluxiones mirum in modum inhibeantur. Tutius
tamen nec minori cum fructu cauterio actuali in interficiis
musculorum brachii juxta vas a majora excitantur, ut parili
ratione humores ad pectus delabentes compescantur, mate-
riaque Pulmonibus inflammmandis apta per emunctoria
ejiciatur.

PHARMACIA depromit medicamenta tam interna
quam externa, quibus humores superflui, huicq; morbo sup-
petias ferentes ex ambitu corporis relegantur. Si enim præ-
dictis remediis malum non cedit, præsertim in primis quatuor

D aut

aut quinq; diebus, purgante medicamento alvum subducere
convenit, testante Hipp. l.3. de morb. Alvus verò nec nimis stri-
cta servanda est, neq; nimis laxanda, ob maxima, quæ idem
eodem in loco sequentibus verbis declarat, incommoda:
*Cum ager evanescatur fuerit & corpore debilio, infernāl alvum ter-
tio quo, die deorsum comoveto, quo & corpus potens sit, & super-
nare regiones humoris exortes. Nam simulatus humor infra secedat
à quinta die, mortem inducit, quippe infra humore secedente super-
ne partes resiccantur, nec spūi rejeccio sursum tollitur.* Oportet
hinc & infernāl alvum neq; valde suppressam esse, ne febres
sint acutæ, neq; valde excernere, quo saliva per superiora edu-
ci possit, ægerq; viribus valeat. Inter interna itaq; meritò pri-
mas tenent LENTER EVACUANTIA, quālia sunt Syrup.
Rosar. & Violar. solut. Cassia, Tamarindi, Manna, Diaprunum
simplex lenit. cum sero caprimo, admixtis Crystall. & violat. & le-
rosar. vel Cichori, quibus Rhabarb. sol. sene. agar. & similia be-
nigniora addere licet.

R. Jujub.

Sebast. an. No. viij.

Passul. enucl.

Liquir. mund. an. 3. B.

Coq. inf. q. aq. Tussilag.

usq; ad medietatem

In coquatura 3. iij. d. solu.

Mann. Elect. 3. B.

Iterum coletur, &

F. Haristus

R. Spec diatur b. c. rhab. 3. ij.

Rad. Mechaoan. 3. B.

flat. gr. vj.

M. F. Pulvis.

R. Conserv. Rosar. 3. iij.

Pulv. gial resinos.

Cremor. & an. 3. B.

Diagrid. gr. v.

Syrup. viol. q. s.

M. F. Electuarium.

CLYSTERES, cum habeant locum in prostratisimo
virium lapsu, etiam in summo morbi vigore, ut & ante & post
purgationem, maximum h̄c quin sint ægrotis allaturi adju-
mentum, neutquam dubitamus, partim ut alvus adstricta
lubrica reddatur, 7. apb. 22. partim ut humores vitiosi, intesti-
norum parietibus adhærentes abstergantur & abluantur.
Materia pro hisce efformādis feligatur humectandi atq; refri-
gerandi qualitate prædicta, fervori interno quodammodo re-
spondens.

B

Rz. Rad. alb. 3j.

Rad. ireos 3ij.

Fol. malv.

violar. laet.

mercurial. an Mij.

El chamezel. melilot.

nymph. an. M.j.

Sem. anis. fan. an 3ijj.

Caricar. ping. No.vij.

Passifl. maj. 3j.

Coq. in aq. bord. vel jufculo

carn. veruetin.

Colat. 1b.j. adde

Elect. Diaphanic.

rof. Mef. an. 2B.

Cass. pro Clyst. 3j.

Ol. viol. 3 ijj.

Θ gemm. 3β.

M. F. Clyster.

PURGANTIA validiora, quamvis causæ morbisice, quæ inflammationem parit, tollendæ adjumento esse possint; nihilominus ramen cum humores violentius agitando sèpè quam plurimum ægrotis negotii, facessant, malumus iteratis ad benigniora hæc vicibus confugere; ut quæ non prout singula, multa juvent.

EMETICA ob gravissima, quæ secum vehunt, incomoda, nullam hoc in affectu laudem merentur. Si enim, Pulmones, jamdum calore præternaturali exacerbati, motu hoc concitatissimo, qui pervomitum instituitur, exagitantur ac conquatiuntur, sanè advocato violenta thoracis agitatione humorum affluxu, calor magis magisq; augeretur, atq; ignis igne cumularetur. Adde quod vata eorundem quia debilia & per æstum internè flagrantem marcida facta sunt, eadē commotione disrumpi ac in tabem *Peripneumonici* incidere possint.

Subductis leniter humoribus peccantibus **ALTERANTIA** quoq; exhibenda, humorq; si nimis calidus, acris, tenuis aut contra crassus sit, medicamentis idoneis alterandus & corrigendus, ita tamè ut semper peccitus respiciëtia alterarij miscetur.

Rz. Aq. hyssop.

veronic. a. 3j.

Analept. pect. 3ij.

alb. rubr. 3β.

Syr. capill. ven.

alb. an. 3vj.

Extr. Ireos

Liquirit. an. 3β.

Be Hord. M. B.

Sem. 4. frigid. maj. an. 3 j.

Papaver. alb. 3ij.

Glyzirrb. 3ij.

Jujub. No. x.

Coq. in f. q. aq. f.

Colat. 3 x. adde

Syr. viol. de jujub.

Ol. anisf. g. vj.
M. ad f. Eile.

de papav. an. 3j.
M.F. Pot.

¶ Ficuum No. x.

Passul.

Glyzorrh. an. 3j.

Sem.anisf.

fanic. an 3ij.

Capill.

Hyssop. an. M.j.

Coq. in ag. pura.

Decoctum colatum melle vel
sacch. cando dulcoretur.

Cavendum tamen, ne nimia syrporum, Eclegmatum
aut rerum saccharatarum farragine ægrotorū corpora reple-
mus, cum hac ratione palato inservientes ipsos interdum in-
gravissima quæq; pericula conjiciamus. In primis verò ea,
quæ æstui febrii resistunt, ut sunt Refrigerantia & Humectatia,
hic celebrantur, locoq; potus consueti decocta vel ag. destil-
latæ artificiosè infusa exhibēdæ. Ingrediuntur illa acetosell.,
flor.borrag. bugl. viol. nymph. berb. ribes, succus citri, quibus
& aperientia, incidentia & discutientia misceri possunt.

R. Rad. scorzon.

Cichor. an. 3j.

Fol. acetos. M.j.

Passul. 3j.

Rasur. CC. 3j.

Coq. in q. f. ag. font.

Col. 18. f. addae

Syr. acetos. citri 3iiij.

M. pro Apozemate.

Quod si conjecturemus, igneam febris caliditatem
Peripneumonia adjunctam malignæ ejusdam naturæ esse,
qualis fermè in Pulmonia Epidemia, maximè necessarium e-
rit, ut statim initio SUDORIFERA medicamenta propinentur,
qualia alias febribus malignis dicata sunt.

PECTO-

PECTORALIA ea, quæ peculiariter pectus confortant, & materiam peccantem ex thorace evocant non loccisa-
cienda, quin potius velis remisq; annitendum, quod pectori
confirmato, materia è thoracis limitibus exterminetur, atq;
per tussim, quâ nulla commodior via est, expellatur. Quâ in-
re duo maximè præ oculis habenda: alterum ut latentes &
morbum facientes in thorace humores ad expulsionem apti
reddantur; Alterum verò ut visceribus Thoracis confortatis
iidem à nobilioribus partibus propellantur. Nam cum hu-
mores ad expiandum aptissimi sint, si mediocritatem quan-
dam inter crassum & tenue obtinuerint, medicamenta etiam
omnia eò dirigenda sunt, quò necessitate urgente ipsa humo-
ribus inducatur. Tenues enim & qui præ tenuitate aeris tussi
expulsi impetum effugiunt, ab initio incrassantibus ad medio-
critatem reducendi & ad exsereationem aptiores reddendi
sunt. Quem in ordinem veniunt rad. alib. fl. violar. bu-
gloss. jubub. sebest. Gummi Tragacanth. amyrum, papaver, sy-
rup. jujub. diacod. diapenid. lob. de p. decoctum pectorale, quod
ex bord. pass. jujub. glyzorrh. ac 4 sem. frigid. maj. conficitur.

R. Saccb. penid. 3 fl.

cum syr. viol.

rotul. diair.

jujub. an. q. fl.

diatrag frig. an. 3 ij.

M.F. L. nctus.

amyl.

Sem. papav. an. 3 i fl.

R. Amygd. dulc. contus. 3 fl.

Sem. melon.

cucurb. excori. & conquafl. an. 3 ij.

Mann select. 3 ij.

Syr. heder. terrest.

Capill. ven.

Jujub. an. 3 j.

M.F. Loob.

Contra si viscidi & inspissati in corpore restagnantes hu-
mores deprehendantur, illi ita diluendi & temperandi sunt,
ne nimium attenuando materiam in thorace contentam
ad expectorationem totam ineptam reddamus. Tenuis enim

D 3 hu-

humor inter tussiendum ab aere disploditur & non ejicitur,
sed in Pulmones iterum relabitur, ut diserrimus Gal. 2. de
caus. sympt. c. 4. 6. Epid. f. 3. t. 4. de loc. aff. c. 4. 2. de cris. c. 10. per-
spicuè tradidit. Medicamenta igitur haut indiscriminatum
ad crassos humores attemperandos adhibenda sunt, cum cras-
sum variis modis accipiatur. Aliud enim naturâ suâ tale est,
aliud ob coctionem; illi attenuantia & incidentia; huic ab-
stergentia ac abluentia convenient. Quod si cruda & con-
tumax sit materia, nec remittente febre cedat materia excre-
atio, validioribus utendum, quibus ut penetrationem acqui-
rant fortiorem, aliquid acetosi addere licet. Alias bechicis
non utendum, nisi cum facultas languida est, ut sordibus ex-
pellendis hanc sufficiat, cum ipsa causa morbifica naturam
ad tussiendum satis stimulet atq; irritet. Eiusmodi autem vir-
tutis sunt capill. ven scabiosa, syr. de farfar. prass. gran. dulc. ju-
jub. syr. myrr. compositus, liquerit. Oxymel in utraq; causa
magnum præstat usum, de quo Hipp. 2. de rat. vit. acut. t. 43. §
3. de rat. vit. l. 4. & seqq. videatur.

R. Syrup. è filiq.

Myrtin.

liquirit. an. 3 fl.

Oxyacch. simp.

Oxymel. scill. an. 3 iij.

Extr. helen.

irecos an. 3 fl.

Aq. veronic.

Scabios.

Tussilag. an. 3 fl.

M. ad fistile.

D. coch. pro vice.

CONFORTANTIA Pulmonem & Pectus, in qui-
bus ferè cardo Peripneumoniconum vertitur, non sicco pede
prætercunda, faciuntq; ad hæc Pulmones animalium, præci-
più vulpis, ex quo lohoh paratur, qui in officinis prostat.
Ex eodem, salvia additâ, hyssop. capill. ven. & similibus aqua
destillatur, quæ saccharo dulcorata æ gris magno cum juvami-
ne propinatur. Laudatur & Pulmo cervinus, si cum gulâ suâ

R. Oxymel. scillitic. 3 j.

Syrup. de b. hyssop.

Glyzorrh.

Erysimo an. 3 iij.

Spec. diair. f. 3 iij.

M.F. Linctus,

in furno exsiccatus & pulverisatus cum melle porrigitur.

B. Plm vnlp. prepar. 3j.	Sacch. cand. 3ij.
Spec. dia. r. s. 3j.	Flor. ♀ 3ij.
Extr. liquirii. 3j.	Pulm. vulp. prepar. 3ij.
Rad. iresos flor. 3j.	Conf. alkerm. 3j.
Croc. orient. 3j.	Sacch. alb. in aq. veron.
M. F. Pulvis.	Solut. 3ij.
B. Aq. Sals. par.	M. F. rotula.
Scabios. an. 3ij.	
analept. pector. 3j.	
Extr. helen.	
iresos Fl. an 3j.	
Syr. èsiliq.	
Botryos an. 3vj.	
Tinct. croc. or. g. vj.	
Sacch. Cand. q. sad	
grat. saporem.	
M. F. Potio.	

Tandem sævissimorum symptomatum ratio habenda, summoq; studio enitendum utilis proficuis remediis, quæ prolixè à Practicis traduntur, obviam eatur: Ita, vigilæ ingravescentes supraquæ modum invalescentes Narcoticis & opiatis sponiendæ, ut emuls. amygd. dulc. sem. papav. Laudam. opiat. Crollii, ♀ narcot. B. pilul. de cynogloss. trochisc. de carabe, Philon. Rom. Ungenta etiam & lotiones extremon in conciliando somno potentes sunt. Narcotica tamen cum grano salis accipienda sunt, religioq; si Medico, prostituere generosa medicamenta exhibendo illis, in quibus penitus conclamata virium proslatio est, ne in invidiam illa fortè apud imperitiores adducantur, speciemque præbeat occisi, quem ipsa mors peremit. Reliquorum symptomatum ægros afflignantum series ex præcedentibus peti potest.

EXTERNA quoq; sua laude non defraudanda, quæ fervorem pectoris & Pulmonis non nihil leniendo, thoracem dilatando & extenuando expectorationem faciliorem redundit. Horum verò alia mitiora existunt, ut spongia vel lin- teum madefaciūm in aq. dulci tepida vel lacte, aut vesica his

repleta. Conveniunt etiam ol. dulce, viol. amygd. dulc. mucilago sem. alth. cydon. adeps Suillus, gallin. butyrum, omnia recentia unguentum dialthea; Alia fortiora habentur, qualia sunt Chamamelum, Anethum, Hyssopus origan. melilot. sem. lini, fenu grac fl. Cheiri, oleaq; ex his composita.

Bz. Ungu. diaith.

pectoral. an. 3 ijs.

adip. anserin. 3 j.

ol. amygd. dulc.

Chamamel. an. 3 j.

Irin 3 ijs.

Crocigr. iij.

M. F. linimentum.

In Peripneumonia biliosa parentur fomenta ex aq. viol. cum modico aceti. Inunctiones fiant ex ol. viol. Chamamel amygd. dulc. & similibus.

Si hisce predictis inflammatio non cedere vellet, nec materia ullo modo à parte labescente posset amoveari, ut Phlegmone in pus mutari videretur, curandum, ut quampri- mum maturetur atq; accessus rumpatur, de quo Practicorum libri consulendi.

DISTINCTIO IE ACTA MODUS quod attinet: Aer, in quo degit patiens, sit temperatus, nec radiis solaribus expositus, ne nimium incaescens aer calorem ægri adaugeat. Ad quod obtinendum temperamentum Celsus l. 4. c. 7. modo clausis, modò apertis fenestris tenebras invicem lucemq; inducere præcipit. Suffigia quoq; instituantur ex styrace, thure, myrrha, benzoë, mo- sebo, ambrâ, jucundum & svavem odorem spirantibus.

CIBUS sit attenuatorius, ob crassum & pituitosum humorem, à quo hæc plerumq; nascitur affectio. Ita tamen attenuantia & calefacientia moderanda, ut humectantia quædam admisceantur, quò materia facilius expectoretur. Ideo que Hipp. dulcia tanquam abstergentia & attenuantia intrepide propinat. l. 2. de morb. Sorbitones ex cremore ptisanæ primum sponte colato, postea expresso ut maximè proficuae ægrotis exhibentur. Ut ilis est & emulsio amygd. dulc. cum aq. horde.

ad-

facta, addito saccharo. Licit quoq; amygdalas cremoni pri-
fanæ miscere; biliosis tamen cremoni hujus commodiū solus
offertur. Probantur vitella ovorum sorbilia, quandoq; tre-
mula; amygdalæ, nuclei pini saccharo incrustati. Post-
quam yero cessante fluxione sputum laudabile jam apparere
incipit, jucunda pingvia, ex consilio Celsi, audacter propinare
convenit. Cavendum verò ab acribus, falsis, amaris &
adstringentibus, ut Celsius, item ab acidis, ut Gal. i. acut. 18. adver-
tit. Ablegentur fructus fugaces, olera, legumina, exceptis
iis, qui potius medicamenta quam alimenti ratione sumun-
tur.

POTUS nimis vitetur: vino abstinentum, & licet
ager avidissimè id appetat, tamen ei non est concedendum;
cum ante morbi declinationem Pulmoniæ instar veneni sit;
quare ante 14. diem raro vinum concedi potest. Aq. hordei vel
sola vel cum pauxillo cinamomi & pass. ité glyzyrrh, Ozymel
aquoſius, vel decoctum pectorale ex jujubis pass. glycyrrh. &
hordeo proſunt. Frigida autem omnia non fit, sed quæ frigi-
ditate perfracta, ad repotem paulisper accedat, cum *sacch. aue*
syr. violat. dulcorata. Possunt etiam cerevisie fieri cum salvia,
hyſſopo, toremar. & similibus. Utilis est potus decoctum.
ligni Guajaci.

SOMNUS excessivus & diutinus quam maximè vi-
tetur; in nimia tamen imbecillitate paulò longior non nocet,
dormiat ager capite & pectore nonnihil elevato.

MOTUS corporis vehementiores intermittendi, ne
sangvis servidior ac concitatior ad partem obfessam ruat, &
vires etiā aliás satis defatigatæ, magis debilitentur, sitisq; pari-
ter major exercitetur. Ob hanc rationem Hipp. 6. Epid. os conti-
nere & tacere magnum sitis remedium pronunciat.

QUIETUM igitur tum corporis tum animi omni ge-
nio conciliare, somniq; deficientis famulitum desideratissi-
mum omnimodis machinamentis restaurare, impensè toti A-
sclepiadeorum cohorti probatur.

ANIMI deniq; pathemata graviora penitus facessere
hinc atq; exfolare decet, iram præfertim, quam meritò bilis
ferocientis cotem dixeris. In cæteris omnibus, quantum-

E fieri

fieri potest, nullus committatur excessus, nullum quippe nimium diuturnum, & vel Hippocratis decreto πάντα τοις ασθενεις την θεραπειαν. Hic pedem figimus, DEO gloriam dantes, επι γην οραμδην.

Vando Machaoniam, CORBERE, subire Cathedram
Q Suscipis, & dexter nobis conamine tradis,
Qualiter ex variis veniat PULMONIA causis;
En! circumfusus letatur & undiq; plaudit
Circus & ambitam Tibi, splendida præmia, palmam
Adsignat, gaudetq; Tuos vidisse triumphos.
Iple ego tam pulchros letus Tibi gratulor ausus;
Sit Fortuna Tuis nunquam contraria ceptis.

Præstantissimo Dn. Respondenti.

Authoris,

Ecl. citer acclamat

Christoph. Schelhammer D.

Dum quibus ex causis veniat PULMONIA tentas
Cernere, quiq; siet ritè fuganda doces:
Perbenè, crede, facis gratum est monstrare medelam,
Agrotio & suavem ferre salutis opem;
Ast grave semper erit quosvis depellere morbos,
Verum conando vincitur omne malum.
Ergo tuis, CORBERE, DEUS conatibus adsit
Omnipotens, Tibi qui præmia digna dabit.

Sonnet.

Indem du dich erkähnt / mein Freund / frisch durch zu
dringen
Der starken Brustkästel / ja der du dich bemühe

26

Der Lungen weisses Zele/ das von dem Fevre glie
So in ihm angestrect/ mit Klugheit zu bezwingen/
Sol nicht der Musen Chor auch ein Triumphlied sin
Dir Kind der Medurin/ Thalia die geübe (gen)
Sol sie nicht spielen dem/ den doch Apollo liebt/
Dass bish an den Saturn/ vnd höher könst erklingen.
Des frommen Himmels Gunst/ die mässe dich erfreuen/
Vnd alles was du thust nach Wunsche dir gedeyen/
So mag des Lobes Alp gleich drücken was er kan
Dukommest doch empor/ dass nun allda beweiset
Dem Helden frische That die recht Galenus preiset/
In dem sie ist bewaert vnd steiger Himmel an.
Glückwündschend gesetzet von
Georg-Albrecht Buchhorst.

EST Homores contempta, nisi mortalia supra
Surgat, vere illud tempore teste loquor.
Unde voluntatem laudo dum præpete cursu
Nec non sponte tua surgere ad alta cupis
CORBERE, artis Apollinea Cultor venerande,
Quo sias medice lucida stella poli.
Perge velut pergis sic scilicet itur ad astra,
Hoc nil impedit nobile laudis iter.
Sic
Pro bono ac prono affectu, ad Charitum
& Minervæ mandatum contestan
do, Amico in intimo gratulatur
M. MICH. GOECHÆVS Altorph.

Collem Castalidum cernis **CORBERE** colende
Castra Camœnarum candida concelebras.
Committis calidè clarum conamine cauto
Certamen; calles culmina clarifona.

Co.

Continuò cumulant calcaria curva Camoenæ?
Conatus Charitum celsa caterva canit;
Centifidæ Charites citò consevère cupressum,
Conflavitq; Cedras Cimbrica clara cohors,
Certatimq; CAPUT CHARUM cumulare cupresso
Circumstat; cunctæ concerepüre cedri.
Centupla Charites cophinos corbesq; catena
Circument: capte cana Corona caput!
CHRISTUS CÖRBERUM comitetur, CONSILIOq;
Gingat, confirmet copta colenda citò.

Ita Eximio, Præstantissimo atq; Eruditissimo
Dn. Autori & Respondenti, Fautori &
Conterraneo suo celendo, Amico
planè fraterno animitus gratulab.

*M. Paulus Ludovicus Held
Mega-Mehlra Thur.*

PErge velur pergis Phœbeis artibus uti,
Prestia digna tibi doctus Apollo feret.

Ita amico suo fidelissimo animitus
gratulatur

*Christophorus Herke.
Mülhusinus.*



ULB Halle
003 260 119

3



1003

Farbkarte #13



27.
1647,7
DIVINI NUMINIS AUSPICIO.
DISPUTATIONEM MEDICAM
De
PERIPNEV-
MONIA,

INDULTI ET CONSENSU
Illustris ac Gratiosti Collegii Medici, in floren-
tissimo, quod est ad SALAM, Lycéo,
SUB PRÆSIDIO

VIRI

Nobilis, Excellentissimi atq; Experientissimi

Dn. CHRISTOPHORI SCHEL-
HAMMERI, Hamburg. Medicinæ D. cele-
bratissimi, Anatom. Chirurg. ac Botan. Profess. P.
eminentissimi, Dn. Preceptoris, Evergetæ jux-
tim ac Patroni sui cunctis animi viribus
jugiter devenerandi,
Publicè Philiatrorum Examini ac Censu-
re submittit

HERMANNUS FRIDERICUS Körber,
Mülhusa - Thuringus,
Ad diem Septembri in Auditorio Medic.

J E N A
Typis W EIDNERIANIS.
Anno clo Iec III.